

www.e-rara.ch

Bulla intimationis generalis Concilii apud Lateranum

Julius

Romae, 1511

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-131215>

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]


Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Bulla intimatiōis
generalis **C**onciliū
apud **L**ateranum
per **S.**d.n. **J**uliū
Papā.ii.edita.





Exemplum
etiam etiam
etiam etiam
etiam etiam
etiam etiam
etiam etiam





Uolius Episcopus seruus

seruorum dei Ad futuram rei memoriā. **S**acro
sancte **R**omañ **E**cclēsie **M**artyrum sanguine
cōsecrate magistre fidei ueritatis alumne om
niū errorū expertis unice & īmaculate diuī
na institutione sanctorū auctoritatibus **C**on
ciliorū **C**anonumq; oīum testimonio **E**cclēsiarum cunctarū
primatū tenentis fidelium mris regimini superna dispositio
ne p̄sidentes circa religionis xpiane puritatē ipsiusq; unitatē
pacem & tranquillitatem: que in cōiunctione membrorū ad
unum caput **C**hristū uidelicet: cuius uices in terris gerimus:
principaliter tendit diuisionē ouilis nobis ex alto cōmissi in
illoq; **S**cisma per quod **E**cclēsia scindi & scandalizari: **G**rexq;
dominicus nobis creditus turbari quoquomodo possit quan
tum cum deo possumus prohibentes: ac damna & scandala:
que exinde euenire possent eneruantes: ac palmites futuros
infructuosos succindere: & quoscunq; aliter q̄ per ostium ad
ouile ingredi cupiētes: ac a uia dñi postq̄ illam semel cognos
uerant retrocedentes ad semitā ueritatis reducere. **V**ulpecu
lasq; ex uinea eiusedē dñi per ministerium summi apostolatus
etiam expellere desiderantes: de oportune prouisionis reme
dio prouidemus: aliaq; ordinamus & mandamus prout con
spicimus in domino salubriter expedire. **S**ane nō sine graui
animi nr̄i molestia percepimus q̄ quidam sancte **R**omañ ec
clēsie **C**ardinales: qui nobiscū dum uersus **C**iuitatē nostram
Bononiē. pro recuperatione nōnullarum **T**errarum sancte
Romane **E**cclēsie: etiā una cum nostra **C**uria personaliter ac
cederemus pro recuperandis terris hmoi uenire simulauerāt
ex nostra licentia ab **V**rbe recedentes: **F**lorentiā diuerterūt:
ibiq; se continuerunt: etiam postq̄ nos eos per dilectū filium
nostrū **F**ranciscū tituli sancti **C**lementis presbiterū **C**ardina
lem: tunc in minoribus constitutum **E**piscopū **C**oncordiē.
Datarium nostrum: ac per litteras nostras ad nos tunc **B**ono
nie existētes uocari feceramus. **L**icet se uenturos obtulissent:

Nihilominus Satore zizanie seminante: per quem morum
subuersio in **C**lero & populo frequēter obrepit: tanq̃ mēbra
insana sine causa legitima a suo capite recedentes: armis satel
litibusq; stipati: imo in seipsis armis assumptis: & pro sacerdo
talibus uestibus **T**horacē induti: & gladiis armati Papiam se
contulerunt. **Q**uo cum peruenissent: stimulo conscientie ut
credimus agitati: per internuncios: perq; regionū **O**ratōrū in
tercessionē reditū ad nos postularunt: & pro desertionis ue
nia supplicarunt: quam benigne obtulimus. Sed ipsi: qui
nobis ex officio tanq̃ **C**onsultores assistere: neq; sine licentia
a nobis & nostra **C**uria ueluti nostri corporis mēbra abesse
debuissent: ausi tamen sunt os in celum ad spiritum blasphemie:
& cum **L**ucifero sedem ad **A**quilonem ponere: altitudi
nem nubium transcendere: ut se similes altissimo cōstituant:
pontificalem auctoritatē nostrā sibi ipsis ascribere satagentes
cōuenientes ut **L**ocuste **A**cephali aggressi sunt sine **R**omani
pontificis auctoritate **E**comenicum generale atq; uniuersale
Conciliū cōuocare: **L**ocū concilii & tēpus indicere: & ualuis
ecclesiā ac aliis publicis locis per publica instrumēta etiam
falsā indictionē huiusmodi affigere & publicare: eisdemq; instru
mentis falsis publice atq; impudenter uti: quosdā sancte **R**o.
ecclesie **C**ardinales sui ppositi socios in eorū pretenso edicto
falso declarando: qui tamen & publicis & priuatis scripturis
eorū propriis manibus scriptis se illis in huiusmodi pposito neq;
uerbo neq; scripto unq̃ iunxisse seu quomodolibet cōsensisse
protestati sunt: **N**osq; ac **V**enerabiles fratres nostros eiusdē
sanctē **R**o. ecclesie **C**ardinales: ac alios tūc expressos uocare
& requirere ut per nos uel alios ad huiusmodi eorum **C**onciliū
accedere uellemus non formidarūt: asserentes decennium post
ultimū uniuersale **C**onciliū etiā contra constitutionē **C**ōcilii
Constantien. que incipit **F**requens iam dudū effluxisse & nos
illud cōuocare neglexisse: maxime cū iurauissemus & uouisse
mus illud post **B**iennium a creatione nostra tenere: tempusq;
pro homine interpellare neq; credendū fore nrā auctoritate
& uoluntate **C**onciliū futurū: & cum de grauibus criminibus

notoriis duratibus **V**niuersalem ecclesiam scandalizantibus
in capite agendum foret ad **S**ummum **P**ontificem **C**oncilii
congregationem non attinere / **S**ed secundo loco ad **C**ardina-
les qui **P**ontifici in negligentia nō adheferūt cōuocationē
Concilii spectare: ac ut hūmōi eorū conuocationē & conuen-
ticulari honestare uiderētur: eisq; auctoritatem adiicere hoc
idem fere per omnia per quosdam assertos procuratores **C**as-
sissimorū in xpo filiorū nostrorum **M**aximiliani **R**omanorū
Imperatoris electi: & **L**udouici **F**rancorū regis xpianissimi
principū sub eisdem dat' modo & forma & similibus cedulis
preter tamem uoluntatem & mentem dictorū principum: ut
rationabiliter credi debet: fieri & publicari procurauerunt &
ordinauerūt: **S**ed hec ut falsa ficta cōmentitiaq; sunt & nō ex
zelo caritatis & relligiōis / sed odii fomite & inimicitie proce-
dentia: ita omnibus principibus necnō xpifidelibus cupimus
nota fieri. **Q**uis enim tanti erroris particeps est: qui nos de
negligentia erga conuocationē **C**oncilii redarguere possit?
cum nihil nobis per ultimos undecim annos quibus **C**ardina-
latus officio functi sumus magis cordi fuerit q̄ celebrare
uidendi generale **C**onciliū & **E**cclēsie **R**omanā statum in me-
lius reformari. **Q**uid enim felicitis recordationis **A**lexandro
sexto **R**oman. **P**ontifici predecessori nostro magis nos odio-
sos fecit: nisi studium & cura generalis **C**oncilii celebrandi.
Quid nos terra mariq; iactauit: cum nobis idem **A**lexander
predecessor esset infensus. **Q**uid totiens alpes transcendere
transalpinas **G**allias peragrarē per estus niues & glacies cō-
pulit: nisi q̄ nitebamur ut a **R**oman. **P**ontifice **C**onciliū indi-
ceretur cōuocaret & celebraretur. **N**ota recensemus: & **P**rin-
cipibus xpianis apertissima: imo illis ipsis: qui nos & fratrum
nostrorū **C**ollegium criminātur: dudum pleneq; comperta.
Quare si anteactē uite ratio apud prudentes de p̄nti & futuro
uite rationē facit: nulla subest ratio cur dicti **C**ardinales: qui
a nobis recesserunt desperent nos facturos: quod tam longo
tempore: tam ardentē: & nō sine uite discrimine fieri desides-
rauimus & studuimus. **A**periant oculos cordis: & odii obsta-

culā refecent: & cogitent: qua uoce: quibus oculis: qua facie
promiserimus (ut dicunt) in nostra ad Pontificatū assumptione
ne iurauerimus: & uouerimus: generale celebrare Conciliū:
quoniā nostre promissioni interfuerunt: palpabunt nos nō
sola uoce: nō simulate: sed in cordis simplici ueritate id egisse
quod predicant. Quid si ea que diximus attendere nolunt: exa
minent & inspiciant omne studiū in pontificatu nostro cir
ca premissa. Nōne oēs Principes xpianos: qui ad obediē
tiam ex more prestandam miserunt Oratores admonuimus
de celebrando generali Concilio: deq; expeditione in persis
dos Turchos conciliariter decernenda assumenda & profes
quenda: Nōne primo Pontificatus nostri toto biennio xpia
nos Potentatus pacare studuimus: ut conciliatis animis Con
ciliū iniretur. Quid ultra facere debuimus aut potuimus ad
restituendam Ecclesie pacem: quod omiserimus: Nouit ipse
Cardinalis: qui edicti seu indictionis hmōi: & contentorum
in ea se Aurigam profitetur: & clauū moderatorē predicat:
quid a nobis habuerit in mandatis: cum ad Romanū Impera
torem electum per uniuersam Germaniā illum nostrū & san
cte sedis Aplice Legatum misimus: cōmunicet illa fratribus
suis: qui cum illo sentire uidētur. Proferat monita in scriptis
illi tradita: Certo certius: & luce meridiana clarius erit hanc
indictionis desperationem de celebrando a nobis Concilio
nedum leuem & inanem: sed falsam irrationabilem impossi
bilemque fuisse. Nulla nostra culpa: neq; sancte Ro. Ec. Cardi
nalia dilata est generalis Concilii indictio conuocatio &
celebratio. Distulit hec infelicitas temporū: que sub eodem
Alexandro predecessore uexare cepit Italiam: & adhuc uexa
re non cessat. Et instans necessitas recuperandi terras & iura
eiusdem Romanæ Ecclesie. Nam propositū nostrum semper
ad Concilii celebrationem promptissimū atq; intentissimū
fuit. Quare spiritum diffidentie deponant: & ita hmōi calū
nie auctores reuersi ad cor: mordere desināt pastorem & pa
trem animarū suarum. Desinant etiā calumniari fratres suos
eiusdem Romane Ecclesie Cardinales: quod si tam ardentem

illis cordi est: se caput & auctores generalis Concilii constituere: quid ad hanc rem facto opus sit prius discant: reuoluant sanctorum patrum & Romanorum uitas Pontificum: & antiquum morem indicendi & conuocandi & celebrandi Concilium: traditiones & leges super his editas a patribus inspiciant: uidebunt homini Concilia a solis Romanorum Pontificibus esse indicta: & aliter indicta rata non fuisse. Quod uero attinet ad constitutionem Concilii Constantien. que incipit: Frequens homini: ea ad Octuaginta annos seruata non fuit: & si seruata fuisset: teste pie memorie Eugenio papa. III. etiam predecessore nostro/ac sacrorum Canonum sanctionibus: ex causis predictis eam licuit nobis transgredi: & quod fortius est: state legitimo impedimento de quo supra: eam locum non habere certo certius est. Votum autem & iuramentum: quod ex predictis causis de iure nobis transgredi licuisset: transgressi non sumus: quandoque quidem legitimo impedimento detenti: non potuimus obseruare. Et quia uotum & iuramentum quantum ad hanc materiam attinet: in foro conscientie uersantur: de equitate Canonica: purgatio more semper admittitur. Desinant nobis & fratribus nostris sancte Romane Ecclesie Cardinalibus negligentiam impingere: que ut premittitur nulla fuit: & si qua fuisset: ipsis cum Alexandro predecessore prefato: & nobiscum manentibus multo magis imputari posset. Quod autem docentes (iuxta Prophetam) linguas suas loqui mendacium: & contra diuinum preceptum aduersus Principem populi sui maledicentes: confingunt in nos crimina: & ea quidem (ut asserunt) durantia grauissima notoria scandalizantiaque uniuersalem ecclesiam. Dicunt quod propterea negligentibus aliis sancte Romane Ecclesie Cardinalibus: ad eos deuolutam Concilii congregandi facultatem. Non miramur (quoniam teste Hieronymo: Scismatici cum dubitant causas suas damnari in contumelias profiliunt) Dicant predicti: nomine tantum Cardinales: Dathan & Abyron: Achaciumque & Dioschorum representantes: tenebrarum filii: Nunquid summo Pontifici spectet & pertineat congregare Concilium: etiam si de sua causa agatur?

Legant ultra antiquos: gesta **Constantien.** **C**oncilii: in quibus se potissimum fundant: ut ex eis tanquam Iudei ex propriis codicibus confundantur: repperient Ioannem papam. xxiii. de cuius potissimum causa agebatur **C**onciliū **Constantien.** huiusmodi indixisse. **C**ū ergo **C**onciliū predictū cōgregare parati simus: satis constat dolosas eorum linguas loquutas fuisse mendaciū. **S**ed si hec omnia cessarent: stantibus impedimentis predictis: in qua negligentia dici possunt esse fratres nostri sancte **R**omane **E**cclēsie **C**ardinales huiusmodi non requisiti ad **C**onciliū congregandum: ita ut ad paucissimos **R**om. **P**ontifici eorum culpa ambitioneque infensos Scismaticos: ac extra domū dei positos potuerit potestas uniuersalis **E**cclēsie deuolui: imo potius ab eis usurpari. **A**diiciamus ergo nunc huiusmodi potestatis abusum ostendere **T**rium mensium & **Q**uatuordecim dierum ab eis tempus in suo (ut uolunt) edicto: seu conuocatione assignatū & ad **E**cumenicum **C**onciliū congregandum: hoc tam breui temporis spatio poterit nationibus xpianis a **M**ediolano remotissimis legitime innotuisse: poterunt ne si innotuisset in termino **D**iocēsanis & **M**etropolitanas **S**inodos conuocare celebrare & perficere: poterunt ne qui uenturi decernerent ad tantum iter necessaria conquisuisse: poterunt principes accedere uolētes populis sibi subditis: & status sui securitati bene consuluisse: poterunt quos mittere decreuerunt procuratores aut **O**ratores plene informatos mittere: uix **C**ursor expeditus **T**rium mensium & semis spatio ire & redire posset sine **S**arcinis. **V**nde & quo ipsi graues uiros & multa secum impedimenta trahentes: sine quibus uenire non possunt: putant immo decernunt accedere posse & oportere. **Q**uare si nihil aliud indictionē **C**oncilii: quam attemptarunt in tempore prefixo accedendi impossibilitas ipsa penitus eneruat: sed possibile fuerit & aliqua ratione decretū: hoc ipsum **C**oncilii tempus: loci ratio indictionem ipsam nullā facit. **L**ocus **C**oncilii cōmodus esse debet: & tutus. **Q**uis ignorat (quod dolenter dicimus) urbem **P**isas prope **Q**uatuordecim continuos annos obsessam durissime fuisse: & ad eam desolationē bello re

dactam: ut rarissime domus integris parietibus in illa constan-
stant: & fere nulle sunt: que contignationibus & solariis mun-
niantur: habitarent ne ibi sancte Romane Ecclesie Cardina-
les/Patriarche/Archiepiscopi/Episcopi/Abbates/Principes
seculares: uel Oratores eorum: Cōmunitatum item Nuncii:
habitarent ne doctores celeberrimi tam diuini iuris q̄ huma-
ni ruinosas domos: Ciuitatemq; penitus desolatam: pro cele-
brando Ecomenico Concilio: Nunq̄ talibus in locis scriptū
est Concilium generale fuisse celebratum. Reuoluantur om-
nes Cōcilioꝝ Ecomenicoꝝ historie: apparebit p̄ribus n̄ris
sanctis sane & prudentibus uiris pro celebrādo Concilio an-
te omnia cordi fuisse eligere Ciuitatem amplam edificiis ac-
cōmodatam salubris aeris fertilis soli conuehendis cōmeati-
bus facilem. Que omnia si Pisis adesse quispiā affirmauerit:
ruine Ciuitatis edificioꝝ: rudera uillarum & uinearum euer-
siones redarguant sic dicentem. Hec tamen si Pisis essent inte-
gra: ut non sunt: nec affirmari possunt sine impudentia: quo-
modo est ad Pisas tutus accessus: uel in ea mansio: cū omnis
Tuscia arma nunc tractet: & nos pro pastoralis quod gerimus
officio nil magis premat q̄ Florentinos & Senenses: inter
quos fremit bellum: ne se armis inuicem impetāt continere.
Fidē de re hac facere p̄nt pleriq; xp̄iani principes a nobis se-
pius & instantius requisiti: suam per l̄ras & nūcios auctem &
gratiam interponere: ut si inter se hii populi pacē habere no-
luerint: per inducias saltem ab armis abstineant. Igitur cū ex
premissis & aliis etiam notissimis causis: accessus ad Pisas uel
ibi mansio secura habenda uerisimiliter credi nō possit: cum
Ciuitas ipsa desolatione habitationibus pro Concilio nō sit
sulta: cum ager uastitate sit desolatus: cum tempus in edicto
seu indictione prefixum sufficere nō possit: & terminus assi-
gnatus ab illis tempori pro generali Concilio celebrādo da-
ri solito nō respondeat: cum insuper Indicentes nulla sint au-
ctoritate suffulti: & si quā habere possent: illa ut decuit & fieri
oportuit imo debuit nō sint usi: cum edictum ipsum seu cōuo-
catio de falsitate se conuincat. Nos considerātes quanta cum

difficultate & tēporis diuturnitate predecessores nostri prefa-
ti in eorū Conciliis celebratis: priscas hereses & scismata etiā
aliquando Imperiali maiestate adiuuante sustulerūt: quodq;
illa in totum extinguere nequiverunt: cum earū aliqua (quod
dolentes referimus) usq; ad hodiernū diem in sua pertinacia
perdurent: quāq; calamitosa fuerūt Prelatis & omnibus xpī
fidelibus scismatū tempora: supradicta omnia tanq; pernicio-
sissima scismatum atq; errorū seminaria: que aliquādiu con-
uentibus oculis tollerauimus: expectantes eorū ad cor reuer-
sionem ob xpī caritatem: zelumq; domus sue dissimulare ul-
terius nō ualemus: timētes nobis impropere illud Ieremie:
Non ascendistis ex aduerso: neq; opposuistis uos murum pro
domo Israel. **V**erentes etiam ne figmenta erroresq; xpī fide-
lium minus eruditorū mentes: aliquo infidelitatis laqueo in-
uoluāt: apud quos sepe ut inqt **O**rigenes in cantica: **P**ulchrio-
ra uidentur mendaciorū sophismata: q̄ documenta ueritatis.
Et ne error: cui non resistitur approbari uideatur: & ueritas
dei q; causa: & iura indefensa opprimantur: habita super his
cum **V**enerabilibus fratribus nostris eiusdem sancte **R**oma-
ne **E**cclēsie **C**ardinalibus matura deliberatione: de eorūdem
Cardinaliū consilio & unanimi cōsensu: ac de apostolice po-
testatis plenitudine predictas indictionem conuocationē &
publicationem assertas scismatice conuenticule sinagoge **S**a-
thane & ecclesie malignantiū per **D**athan & **A**byron aucto-
res scismatum: eorumq; socios & alias supradictas procurato-
rio nomine dictorū carissimorū filiorū nostrorū **M**aximilia-
ni Imperatoris **R**omanorū electi: & **L**udouici **F**rancorū **R**e-
gis xpīanissimi **I**llustrium principum factas indictas & publi-
catas: omniaq; & singula in eis & qualibet earum contenta &
inde secuta quecūq; quorū tenores ac si de uerbo ad uerbum
presentibus infererentur pro sufficienter expressis & insertis
haberi uolumus tanq; a non habentibus facultatem & ex mi-
nus legitimis causis ac incongruis terminis & loco: nulla ir-
rita & inania nō legitime ad scindendum & scandalizandum
uniuersalis **E**cclēsie unitatem facta: ne cancerosus morbus in

ualeat reprobamus reuocamus cassamus irritamus & an-
nullamus: reuocataq; cassa irrita reprobata & annullata habe-
ri uolumus: ac prout sunt nullius roboris uel momenti fuisse
& esse decernimus & declaramus: districtius sub excōis anas-
thematis & maledictionis eterne: ac dignitatum & benefi-
ciorū ecclesiasticorū quorumcūq; secularium uel regularium
feudorū indultorū priuilegiorū concessionū facultatū & gra-
tiarum priuationū ipso facto infamie & aliis in uniuersalem
ecclesiam scandalizantes: & scisma in ea discordiamq; suscitā-
tes: eisq; consiliū auxilium uel fauorem prestantes tam a ius-
re q̄ al's promulgatis & indictis penis inhibemus: **Necnō** eis-
dem **Cardinalibus**: qui a nobis recesserūt ut prefertur: ac om-
nibus & singulis cuiuscunq; dignitatis status gradus ordinis
qualitatis conditionis preeminentie auctoritatis & nobilita-
tis existentibus: & quacunq; ecclesiastica etiā **Cardinalatus**
Patriarchali **Primitiali** **Archiepiscopali** **Episcopali** **Abbatia-**
li: seu seculari **Regali** **Reginali** ac etiam **Imperiali** & aliis di-
gnitatibus & preeminentiis fulgētibus: & quos ab omni uin-
culo iuramenti conuentionis obligationis ac promissionis
per eos forsan factarum propterea absoluiamus & liberamus:
ac absolutos & liberatos fore nunciamus: ne indictionibus
publicationibus & cōocationibus p̄dictis: omnibusq; aliis
& singulis uel eorū aliquo per reprobos aut alios prefatos uel
eorū aliquem ut prefertur factis: directe uel indirecte: tacite
uel expresse: seu quouis quesito colore adhereant accedant in-
tersint obediant assistant consiliū auxiliū uel fauorem pre-
stent aut quomodolibet intendant: ut pessima secta suis erro-
ribus confusa tanquā nebula dissoluatur etiam inhibemus.
Omniaq; & singula **Ciuitates** **Terras** & loca quecunq;: ad
que peruersi **Concilia**: seu potius **Conciliabula**: scismaticas
conuenticulas **Sinagogas** ac **Ecclesias** malignantium hmōi
indicentes: & eis adherentes obedientiam consiliū auxiliū
uel fauorem aliquem ut prefertur prestantes: & eorū quemli-
bet declinare contigerit: & in quibus **Concilia**: seu **Concilia-**
bula: aut **Ecclesias** malignantium hmōi celebrari uel adūna-

ri & congregari contigerit: **E**ccllesiastico subiicimus Interdi-
cto. **E**t nihilominus bonam intentionem nostram exequi vo-
lentes: ut antique **H**ereses: que in diuersis xpianorū partibus
nondū extincte sunt: & pessimū nouiter pullulans **S**cisma ex-
tinguantur: reformatioq; morū tam ecclesiasticorū q̄ secula-
rium personarū: que de iure uel consuetudine reformationi
uel determinationi **C**oncilii subiiciuntur: bellorūq; iminen-
tium sedationi cōsulatur: unicuiq; quod suū est reddatur: iusti-
tia & pax se inuicem osculentur: xpīq; fideles in pace & unita-
te in dei nomine non ex passionū priuatarū fomite: que ut ex
gestis diuersorū **C**onciliorū apparet: pessimos effectus parca-
re consuevit: congregati ad faciendum expeditionem cōtra
Infideles iam regnum **S**icilie infestantes: meliora ac nobilio-
ra loca xpianorū occupantes: presertim Ierusalem matrē no-
stram antiquam: & ex antiqua xpianorū negligentia deperdi-
tam: facilius & promptius intendant. **I**n nomine sancte & in-
diuidue **T**rininitatis **P**atris & **F**ilii & **S**piritus sancti auctoritate
omnipotentis dei: ac beatorū **P**etri & **P**auli apostolorū eius:
qua in terris fungimur: de simili eorundem fratrum consilio
& assensu: **E**cumenicum uniuersale ac generale **C**onciliū in
alma **V**rbe nostra cōmuni omnīū patriā loco aptissimo & tu-
tissimo apud **L**ateranū ubi plurima **C**oncilia per antiquos &
patres nostros habita fuerunt: & altissimus **P**etri sedem collo-
cari uoluit: litteratorūq; & peritorū numerus copiosus habet
post festum **R**esurrectionis dñi nostri Iesu xpī proxime futu-
rum inchoandum: **A**nno dñi **M**illesimo quingentesimo duo-
decimo: **D**ie **L**une **D**ecimanona mensis **A**prilis: que erit fe-
ria secunda post **O**ctauam eiusdem **R**esurrectionis celebrā-
dum: & ut sequitur auctore dño finiendum nūciamus conuo-
camus statuimus indicimus & ordinamus: licet nos nō lateat
hanc **N**ouem mensium prefixionem pro sacro **C**oncilio ge-
nerali celebrando ex tot longinquis mundi partibus uentu-
ris fortassis non sufficere: & de breuitate notari posse ad tan-
tam rem peragendam: presertim cum a sanctis patribus **R**o-
manis pontificibus predecessoribus nostris assignato tempo-

ri ad similia generalia Concilia congreganda nō respondeat
qui nunq̄ minus q̄ Annum ad hoc inchoādum assignasse res
periuntur. Sed quia ad Christianissimū Regem predictum:
& quosdam alios Principes de inchoādo generali Concilio
in tempore presentibus inserto: litteras dedimus. Et insuper
ne uolētibus nos & Venerabiles fratres nostros eiusdem san
cte Romane ecclesie Cardinales calumniari ansam daremus
si longius tempus statuissēmus: Visum est nobis hunc termi
nū assignare. Insuper prefatis & aliis Vñabilibus fratribus Pa
triarchis Archiepiscopis Episcopis monasteriorum Abbatibus
& prelatibus: presertim sub uinculo iuramenti: ad uisitandū
certis temporibus limina apostolorū Petri & Pauli: etiā tem
pore sue promotionis astrictis & obligatis. Nō obstantibus
quibusuis concessionibus priuilegiis & indultis eis eorumq̄
Ecclesiis Monasteriis & beneficiis per dictos predecessores
nōs aut nos cōcessis cōfirmatis & innouatis: que pro exp̄ssis
hñtes: ex certa scientia & plenitudine premissis cassamus ir
ritamus & annullamus. Omnibusq̄ aliis ecclesiasticis uel se
cularibus: etiam Regibus & Principibus: ceterisq̄ personis:
que de iure uel consuetudine in congregationibus generalium
Conciliorū solent interuenire: cessante legitimo impedimē
to: de quo legitime docere teneātur: per se: uel alios idoneos
Nuncios procuratores uel Oratores legitima mādata habē
tes: sub ex cōmunicationis: aliisq̄ de iure uel cōsuetudine aut
al's non accedentibus ad generale Concilium indictum per
nis mandamus: ut ad ipsum Concilium Lateranē. accedere
& usq̄ ad dicti Concilii conclusionem & dissolutionem per
nos uel auctoritate nostra fiendam in dicta Vrbe morari des
beant. Necnō Carissimos in xpo nostros & eiusdem Roma
ne ecclesie filios Maximilianū Romanorū Imperatorem ele
ctum predictum: ceterosq̄ xpianorū Reges Illustres Duces
Marchiones Comites & alios Nobiles in uirtute sancte obe
dientie rogamus hortamur & monemus: ut opem & operā
adhibeant efficacesq̄ omnes & singule tam ecclesiastice q̄ se
culares persone in eorū Regnis Ducatibus & dominiis consi

stentes: que in generalibus Conciliis de iure uel consuetudine interesse consueuerunt: ad Concilium Lateranense huiusmodi cessante impedimento predicto accedant: postpositis odiis: conciliatis animis & spiritu sancto: non autem passionibus repleti: ueramque domum dei facientes: & his que ad dei laudem: Ecclesie exaltationem unitatem & reformationem: Scismatum uero & heresum totalem extirpationem: fideliumque predictorum pacem & salutem concernunt: caritate muniti intendant. Et ne ad tantum laudabile & necessarium opus accedere debentes aliquibus de causis seu figmentis ab accessu ad dictum Concilium Lateranense. quomodolibet retrahantur: Omnibus & singulis in congregationibus Conciliorum generalium adesse solitis: & ad dictum Concilium Lateranense uenientibus: eorumque seruitoribus & familiaribus: cuiuscunque status gradus ordinis conditionis uel nobilitatis existentibus: ecclesiasticis & secularibus pro se & bonis eorum quibuscunque per Ciuitates terras & loca terrestria & maritima dicte Romanę ecclesie subiecta ad Concilium Lateranense ad Urbem huiusmodi ueniendi & in ea morandi & libere consulendi: & ab ea quotiens uidebitur recedendi: etiam post Quatuor menses post dicti Concilii Lateranense conclusionem & dissolutionem liberum tutum & securum Saluconductum: ac plenam & omnimodam securitatem de consilio & potestate premissis damus & concedimus: aliosque saluosconductus & securitates habere cupientibus dare pollicemur: eosque benigne & caritatiue tractabimus & suscipiemus. Mandantes sub indignationis nostre & aliis arbitrio nostro infligendis penis: omnibus & singulis Gentibus nostris Armigeris equestribus & pedestribus: ac Arcium nostrarum Castellanis: Ciuitatum Terrarumque & locorum dicte Romanę ecclesie subiectorum Legatis Gubernatoribus Rectoribus Locatenentibus Potestatibus Officialibus & Vassallis: ut non obstantibus quibusuis Constitutionibus & ordinationibus apostolicis: legibus imperialibus: statutis quoque & consuetudinibus municipalibus etiam iuramento confirmatione apostolica aut quauis alia firmitate roboratis: que saluoconductui &

securitati premissis in aliquo derogare: seu illos quomodolibet impedire possent: etiam si talia forent de quibus specialis specifica expressa & indiuidua: nō autem per generales clausulas id importantes mentio seu queuis alia expressio habenda foret: illorum omnium tenores presentibus ac si de uerbo ad uerbum infererentur pro expressis habentes: **V**eniētes ad **C**oncilium **L**ateranē huiusmodi libere tute & secure transire morari & recedere permittant & permitti faciant: ne tantum taleq; laudabile & necessarium **C**oncilium **L**ateranē distrahatur: & ut ad illud uenientes tute & in pacis tranquillitate uiuere dicere & expedire ualeant: que omnipotentis **D**eī honorem concernent: totiusq; **E**cclēsie sancte statum. **D**ecernentes nihilominus irritum & inane: quicquid contra indictionem **C**oncilii **L**ateranē per nos indictam huiusmodi: seu ad impedimētum preiudicium aut dilationem eiusdem per scismaticam conuenticulam & **E**cclēsiā malignantiū predictas: seu quemuis alium quauis auctoritate quouis ingenio aut quesito colore scienter uel ignoranter contigerit attemptari. **I**nsuper ut premissa omnia & singula ad omniū ad quos spectat notitiam & cognitionem deueniant: omniumq; que in presentibus litteris continentur certa & indubitata noticia habeatur: nullusq; premissorum ignorantiam iuste pretendere possit: nec se legitime excusare: cum etiam ad intimandum aliquibus personaliter in presentibus litteris comprehensis: tutus non pateat accessus: **V**olumus & decernimus presentes litteras nostras per aliquos **C**urie nostre **C**ursos res uel **N**otarios publicos in **B**asilica principis apostolorum & ecclesia **L**ateranē hora diuinorū dum ibi multitudo populi ad diuina audiendum conuenire & congregari consueuit: publice ac alta & intelligibili uoce legi & publicari: & dictarum **E**cclēsiarum portis siue ualuis: & in acie **C**ampi flore: & **C**ancellarie apostolice affigi: & ibidem per aliquod temporis spatium dimitti debere: ut ad singulorum notitiam publicamq; notionem deuenire possit. **T**ransumptisq; illarum manu publicorū **N**otariorū factis uel subscriptis: **S**igilloq; alicui


Ius **P**relati munitis fidem indubiā adhiberi. **O**mnesq; & sin-
gulos in illis comprehensos: & ad quos pertinet perinde ar-
ctari & constringi ac teneri & obligari ad obseruantiam om-
nium & singulorū in eis contentorū: cuiuscunq; gradus & di-
gnitatis existant ecclesiastice uel mūdane: post lapsum unius
integri mensis a **D**ata presentium numerandi in omnibus &
per omnia & perinde ac si personaliter & in propria persona
intimate fuissent & eis personaliter presentate: presentium te-
nore decernimus statuimus & declaramus. **N**ulli ergo omni-
no hominū liceat hanc paginam nostre reprobationis reuo-
cationis cassationis irritationis annulationis declarationis
absolutionis liberationis inhibitionis interdicti nuntiatiōis
conuocationis statuti indictionis ordinationis concessionis
mandati uoluntatis & decreti infringere: uel ei ausu temera-
rio contraire. **S**i quis autem hoc attemptare presumpserit: in-
dignationē omnipotentis dei: ac beatorū **P**etri & **P**auli apo-
stolorum eius se nouerit incursum. **D**atū **R**ome apud sanz-
ctum **P**etrū. **A**nno Incarnationis dñice **M**illesimo quingens-
tesimoundecimo. **Q**uintodecimo **K**al. **A**ugusti. **P**ontificatus
nostri **A**nno **O**ctauo.

Sigismundus.

D. de Comitibus.



EGO IVLIVS CATHOLICE ECCLESIE
EPISCOPVS SVBSCRIPSI.



- * Ego R. Ep̄s Ostien. Car. S. Georg. Camerarius subscripsi.
- * Ego D. Ep̄s Portuen. Car. S. Marci subscripsi.
- * Ego Ia. Ep̄s Albanen. Car. Arboren. subscripsi.

Cardi. presbiteri.

- * Ego N. Car. tituli sancte Prisce subscripsi.
- * Ego F. Car. de Claromonte manu propria.
- * Ego M. tituli S. Marie transtiberim Car. Senegalen.
- * Ego R. tituli S. Anastasie presbiter Car. Nanneten.
- * Ego L. tituli S. Susanne presbiter Car. subscripsi.
- * Ego G. tituli S. Praxedis presbiter Car. subscripsi.
- * Ego S. tt. S. Petri ad uincula pbr Car. Vicecanc. subscripsi.
- * Ego Chri. Eboracen. tt. S. Petri & Mar. pbr Car. subscripsi.
- * Ego Ant. tituli S. Vitalis presbiter Car. subscripsi.
- * Ego P. tituli S. Eusebii presbiter Car. subscripsi.
- * Ego A. tituli S. Sixti presbiter Car. Bononicen. subscripsi.
- * Ego F. tituli S. Clementis presbiter Car. subscripsi.

Diaconi Car.

- ✦ **Ego Io. S. Marie in domnica** **Diac. Cardi. de medicis** manu propria subscripsi.
- ✦ **Ego A. S. Eustachii** **Diac. Car. de Farnesio** manu propria subscripsi.
- ✦ **Ego L. S. Marie in Cosmodin** **Diac. Cardi. de Aragonia** manu propria subscripsi.
- ✦ **Ego M. S. Marie in porticu** **Diac. Cardi. Cornelius** manu propria subscripsi.
- ✦ **Ego B. S. Hadriani** **Diac. Car.** subscripsi.
- ✦ **Ego Alph. S. Theodori** **Diac. Car. Petrucius** subscripsi.

Impressum Rome per Iacobum Mazochium Roman. Academiae Bibliopolam: de mandato S. d. n. pape: Ultima Iulii.

Atergo autem supradictarum litterarum Apostolicarum in
frascripta uerba erant.

Anno a Natiuitate dñi **M**illesimoquingentesimoundecimo:
Indictione **D**ecimaquarta: **D**ie uero **V**eneris **V**igesimaquin
ta mensis **I**ulii. **P**ontificatus **S**anctissimi dñi nostri **I**ulii diuina
na prouidentia **P**ape **S**ecundi **A**nno **O**ctauo: **R**etroscripte
littere **A**postolice **C**ōuocationis **C**oncilii generalis publica
te & affixe fuerūt in ualuīs sancti **I**acobi **H**ispanorū de **V**rbe
dum celebrabantur diuina: ubi magna multitudo cōuenerat
tam **C**urialiū q̄ **O**fficialiū & **R**omanorū: propter festū solem
ne: quod in eadē ecclesia celebrabāt. **E**adē die in uesperis dū
celebrabantur diuina: publicata & affixa fuit in ualuīs princi
pis apostolorū de **V**rbe. **D**ie uero sequenti **S**abbati retroscri
ptam bullam in **B**asilica principis **A**postolorū de **V**rbe: hor
ra misse dū celebrabātur diuina: & multitudo copiosa assiste
ret: ego **P**etrus **M**engiuar p̄fati **D**. **N**. **P**ape **C**ursor alta & in
telligibili uoce corā omni populo dictam bullā de uerbo ad
uerbū legi: lectamq; ad ualuas dictē **B**asilice affiximus: & per
spatium unius hore affixam dimisimus. **E**adem die dictā bul
lam publicauimus: & affiximus in ualuīs **C**ancellarie aposto
lice: & affixam dimisimus durāte **C**ancellaria. **E**odem die in
Ecclēsia sancti **I**oannis in **L**ateran. hora uesperorū dum cele
brabantur diuina: ego **P**etrus **M**engiuar **S**anctissimi domi
ni nostri pape **C**ursor dictam bullam alta & intelligibili uo
ce legi: lectamq; ad ualuas dictē **E**cclēsie affiximus & publica
uimus: & per spatium unius hore affixam dimisimus. **E**adem
die retroscriptā bullam publicauimus: & affixam dimisimus
per spatium duarū horarum in acie **C**ampi flore ut moris est
per nos **H**onofrium **B**alestariū: **P**etrum **M**engiuar: & **I**oan
nem **B**ernardi p̄fati dñi nostri **P**ape **C**ursores. **E**t ita fidem
facimus: & manibus propriis scripsi & subscripsimus.
Ita est **H**onofrius **B**alestarii **C**ursor.
Petrus **M**engiuar **C**ursor.
Ita est **I**oannes **B**ernardi **C**ursor.

1871


1872


1873

1874

1875

1876





F.P.

VII. 16.